[-<f.13r>-] [Doni, Aduersaria Musica I, 13r,1; text: Dorio, Ipodorio, 6, 3, 4, 5, [signa]]

Huiusmodi Synodium usurpari possent ut melius seruetur natura Modorum dumtaxat in concentibus dyadicis cum uox grauior melos facit ita ut non aliae consonantiae fierent super singulis chordis quam hae exceptis tamen Diapason: possent tamen dissonantiae quarumuis chordarum usurpari. Quod si pars acutior melos faceret contrario modo fieri posset id est supponendo tantum pro consonantijs faciendis chordas praecipuas

Possent uocari Synodium superne cardinatum

Nota seriem consonantiarum existere utrobique ualde diuersam exempli gratia in [[Dorio et]]
[Hypodorio corr. supra lin.] post diapente sequi Diatessaron in [[Hypodorio]] Dorio post
Diatessaron sequi diapente

[Doni, Aduersaria Musica I, 13r,2; text: Dorio, Synodum cardinatum inferne, 3, 5, 4, 6, [signa]]

Synodiae aliae sunt monologicae in quibus eadem uerba semel [[di]] canuntur ab omnibus simul.
aliae polylogicae cum a diuersis partibus nonnumquam diuersa uerba simul canuntur Aliae
Palilogicae in qua eadem uerba saepius utuntur. Syllogicae

[-<f.13v>-] [Doni, Aduersaria Musica I, 13v,1]

Huiusmodi initium Triodij Thomae Morley potest ad Rhythmum trochaicum accomodari ut
euitentur syncopae sine [[<...>]] diuersis phthongiis sic
Vsurpatio huius Rhythmi

[Doni, Aduersaria Musica I, 13v,2]

et signi [Bv] [Sv] [Sv] [Crdu] pro hoc [Sv] [Mv] [Mv] et signo [C] [[<...> id uarietatis]] [hoc
corr. supra lin.] diuersitatis habet (modo seruetur ualor) quod si uelimus Rhythmum custodire ita
ut semper melos habeant phthongos se mouentes in arsi et thesi quod prolatio prior erit longior et
lentior

In Melei pentodico potest id seruari ut in singulis Rhythmis quinque uoces habeant has quinque
progressiones

[Doni, Aduersaria Musica I, 13v,4]

ita ut concedantur binae [SMb] [SMb] pro singulis [Mb] sed hac ratione ut non perpetuo eadem
figuratio per una uocem decurrat sed mutant inter se: Verum praecipua uox quae canitur uerba
leuiore motus habebit ubi uero syncope: fiet in omnibus uocibus fere simul
In Madrigali Pomponij Nennae Oue stauu uolto. Canto libro settimo est

[Doni, Aduersaria Musica I, 13v,5; text: fean risonare due bocch' innamorate.]

ubi syllaba nar est longius quam in decies sexies

Transitus a Tritono ad Hexachordum minus uidetur esse ualde maestus

[-<f.14r>-] Insignes cantores et melopoei fuerunt sub Paulo Quinto Iosephus dictus
Giuseppino et Dominicus

In theatris et conclauius plenis minus soni exaudiuntur non tantum quia uoces dissepantur inter
corpora sed etiam quia aer medius a respirantibus et semouentibus commouetur

Hic uersus Io mi pensai che spesso fusse il foco. Hic uersus etiam si XI syllabas habeat tamen si
per partes moduletur ita ut in syllabam sai cadat; ut facit Arcadeltus

[Doni, Aduersaria Musica I, 14r,1; text: Io mi pensai]

hoc membrum Io mi pensai quinque syllabas et totidem phthongos habere debebat

Tonus Choricus Genuae et Mediolani est altior ditono quam Romanus Tonus enim choricus
Lombardiae comunis est acutior [[R]] quam Romanus Tono
In Lombardia in usu sunt etiam Tibiae grauiore tonos Romano
Qui Ceraulo canunt Romae transferunt melos in acutum propterea quod eorum [tonus in marg.]
est altior Chorico [Chorico ante corr.]
Tonus choricus Romanus uidetur esse Dorius. Italicus Phrygius. Gallicus Lydius
Quaerendus Neapolitanus et Tuscus
optime Systema a ueteribus XV uocibus definitum est: non modo enim homines singuli totidem
preferre solent sed etiam tibiae

[Doni, Aduersaria Musica I, 14r,2]

Hic prima minima proferenda est la non sol secunda sol non fa. quamuis [[in]] prima sit chorda
G sol re ut secunda F fa ut quod ostendit necessariam esse connexionem plurium Tonorum

[Doni, Aduersaria Musica I, 14r,3; text: re, mi, fa, sol, la, [to], [ta], [te], [te], Tonus]

[-<f.14v>-] Ripieni uocantur a musicis complementa concentuum inter Bassum continuum et
cantum Videntur in Hypatodia organica seruendi ijdem Rhythmi qui fiunt a uoce canentis mediae
autem partes posse Rhythmo diuerso uti In Citharodia ueteri hoc factum uidetur ita ut plectro
Hypatodia pulsaretur et in phthongis longioribus cantus: alij aequales phthongi fierent in chordis
per pulsationem plectri saepius repetercutiendo ubi producendi essent: sinistra uero complementa
consonantiarum fierent

Fortasse etiam Vox semper Diapason Diapente et Diatessaron cum supra Hypatodiam organicam
faciebat: reliquas uero consonantias (quas minime consonantias uocabant) supra uocem reliquae
chordae

Vt seruetur natura modorum non uidetur uibratio facienda nisi in chordis quae proximas habent
semitonia

In ueterum concentibus choricis fortasse canentibus hominibus [[D]] per Diapason diuisam tibia
superiore semper [5. et 4., et 6. add. supra lin.] ditonum et semiditonum faciebat consonanter
dissonanter uero tonum semitonum Diatessaron

In modulationibus uulgarium uersuum dubitari potest an huiusmodi syllabae Voi, tuoi, mio, tuo
proferantur ut diphthongi? [[D]] Dicerem potius proferri (siquando utraue uocali enuntiat) per
duas syllabas sed compensari tempus aucta celeritate: haec enim pronuntiatio

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,1; text: mio, tuo]

barbara uideretur quae diphthongis tamen competeret
Deperditio Rhythmi Paeonici facit ut eius loco usurpetur Iambicus uel Trochaicus sic

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,2]

pro

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,3]

Rhythmus orthius in nulla trium proportionum consistit

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,4; text: [or], [ge]]

Mutae litterae ante uocales non uidentur augere [[earum tempus]] earum tempus
Modulatio quae continentur [[ut]] procedit per haec tempora

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,5]

uidetur reduci posse ad Rhythmum Orthium si ita partiatur

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,6]

Vel haec

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,7]

reduci ad orthium seu Paeonic<um>

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,8]

[[Sist]] Systema flageolettorum incipit a D la sol re.

[Doni, Aduersaria Musica I, 14v,9; text: Mixolydius, Lydius, Phrygius, Dorius, Hypolydius, Hypophrygius, Hypodorius, D, C, [Sqb], A, G, F, E]

C est chorda cadentialis Lydij ascendendo. Phrygij descendendo. In cadentia G Phrygij uidetur penultimus phthongus tam esse posse re ex A quam Fa [fa ante corr.] ex F. [[quam]] quorum neutra chorda est cardinalis [[ly]] Phrygij aut Hypophrygij id est [signum]

[signum] [Doni, Aduersaria Musica I, 14v,10]

Verum in d penultimus tantum ex C sumi debere uidetur quoniam est cardinalis sed non E
[-<f.15r>-] Superiores cadentias ueras et legitimas modi Phrygij esse puto eademque ratione alios 6 Modorum procedere

Denique cadentiae phrygiae uersantur inter Re et Vt. Vt Re. et fa, sol

Itaque Melisma (trillo) [uel potius gruppum add. supra lin.] cadentiarum phrygiarum uidetur debere Tonizare non Semitonizare

Proinde cadentiae Doriae sunt hae

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,1; text: Ascendendo, Descendendo, Doriae cadentiae Mi, re, Re, Sol, la, Lydiae cadentiae]

Galli non utuntur melismatis longis

In Gallia [[saepe]] nonnumquam canuntur ab una uoce contentus aliqui sacri ut psalmodum [[d]] reliquas [reliquis ante corr.] partes sonantibus uiolis seu testudine: quod [[optime]] mirifice placet

Claudinus utitur his melismatijs

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,2; text: reprendre, Il faut que chascun ma uie et monbien, penser]

Idem utitur hoc initio Chromatico

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,3; text: Si remeurs dedans l' air, Mais quelle se tuer de ses armes Blessè d' une playè inhumaine amori]

Male exprimit suspirium

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,4; text: Dout soupirer et caetera]

[-<f.15v>-] Vtitur duobus chordis metabolicis per se id et sine

duabus chromaticis ante uel post usurpatis

[Doni, Aduersaria Musica I, 15v,1; text: Sou' è fuement murmurent, hélas!]

Vtitur nullis chordis alijs accidentalibus praecedentibus uel

subsequentibus

[Doni, Aduersaria Musica I, 15v,2]

Cantiones Pauure cour et Quelle aide [[sunt]] habent non paruam

misturam Tonorum et generis chromatici

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,3; text: Qu' il à sour tous pouuoir' , Mill' affanni e tormenti]

Claudinus exprimit cantum Galli sic

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,4; text: cucurucu]

Idem modulatus est [[carmen quod]] carmen hoc octo uocibus quae celebrat thermas Echo et stagna alta Neronis seruata quantitate

Idem modulatus est Italicam cantionem [[uoces si ca]] sic incipiens la Trais Traitora

Quidam musici ut expriment uerba noctem caliginem et cetera significantia utuntur notis nigris quod uocant hemioliam

exprimit audaciam ascendendo sic apud eundem Claudinum

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,5; text: Vn soldat courageux]

Motiones uocum sunt uel Similes uel dissimiles, uel oppositae uel contrariae
Sunt etiam antistrophae uel Correlatiuae Synanaphoricae, correlatae cata Diapason cata diapente,
cata diatessaron et caetera

[Ass]] Possunt etiam uocari consimiles quae eodem interuallo descendunt uel ascendunt Puta.
Tono. ut si hypatodus ascendat a G ad a Netodus descendat a [sqb] ad a uel Semitonio ut si
Hypatodus [[d]] ascendat ab E ad F Netodus descendat a C ad [sqb]

[-<f.16r.-] Cantiones Hymenaeorum posunt recipere uarias acclamationes quae [[di]] non simul
canantur

Duo Semitonia maiora continuata morem habent satis suauem ut initio cantionis Portiae apud
Mortarium

[Doni, Aduersaria Musica I, 16r,1; text: 16/15, 16/16]

Quaedam Systemata ex chordis uariorum Tonorum et generum uidentur esse ualde suauia ut hoc

[Doni, Aduersaria Musica I, 16r,2]

Fertur Claudinus iunior sponsiona quadam facta nobiles quosdam in cubiculo regio impulsisse ui
musicae ad rapienda arma

Pausae sic notari possunt

[Doni, Aduersaria Musica I, 16r,3; text: pausae]

Consonantiae primae Diapason Diapente Diatessaron nascuntur ex Toni interuallo <et> possunt
itaque uocari Toniae. Secundae id est reliquae quatuor ex Semitonio

[Doni, Aduersaria Musica I, 16r,4; text: fa, sol, re, mi, la]

Hoc in loco continuari deberent duo mi sed facilius est fa proferre alterato sono ideoque [ideque
ante corr.] fortasse recte faciunt qui pro [sqb] ponunt ibi #

[Doni, Aduersaria Musica I, 15r,5; text: re, mi, fa, sol]

In hac modulatione sic legitur sol fa, fa propter

[Doni, Aduersaria Musica I, 16r,6; text: sol, la, fa, 13]

b accidentale. melius tamen esset initio apponere b deinde ad tertiam decimam notulam [sqb] et
legere sic initio la sol fa mi et caetera Item in hyperfatis uocibus: qui excludit Tetrachordum
Synemmenon non statim studiosus musicae cognoscit an quinta nota intonanda sit fa an sol

[Doni, Aduersaria Musica I, 16r,7]

[-<f.16v>-] descendendo etiam usurpatur la cum sequitur b

exempli gratia

[Doni, Aduersaria Musica I, 16v,1; text: fa, mi, la]

Quemadmodum prima figura est circulus ita prima consonantia est Diapason. et quemadmodum Diapason sumitur fere pro unisono ita circulus pro puncto. Post circulum simplicissima figura est Triangulus cui respondet Diapente. postea quadratum cui respondet Diatessaron Ditonus respondet pentagono $5/4$

Rinaldus del Mel Madrigalem Basse son queste note ut exprimat uerbum Basse [[omnes tres <.>]] ex tribus Bassis composuit.

Vsurpatio huius notae [Mv] in medio duarum [Sv] [Bv] quae fit in cadentijs uocari potest. Parabasis

Ineptum est clausulas relinquere ut facit Rinaldus del Mel in Madrigali I tuoi capelli in Canto Nam post haec uerba Et spesso quando io uolgoli subdit [signum] suspirium deinde Vna pungente aristula praetermittens Il core mi passa

Lydius modus uidetur caeteris magis uersatilis et uariabilis quare optime dicatur Mercurio Cantica alia sunt homoeocatalecta quae ethos seruiunt unius [[toni]] Modi et cadentias habent unius modi: alia sunt anomoeocatalecta seu [[mixol]] mixocatalecta quae utuntur uarijs speciebus cadentiarum. Alia Paracatalecta quae utuntur cadentijs aliorum tonorum. Alia Homocatalecta quae in eadem chorda omnes cadentias faciunt

In Triodio [triodio ante corr.] Andraeae Gabrielis Poiche a Doman uox media [[sic p<.>]] utitur fere hoc systemate

[Doni, Aduersaria Musica I, 16v,2; text: T, S]

Grauis hoc

[Doni, Aduersaria Musica I, 16v,3; text: T, S]

Acuta hoc

[Doni, Aduersaria Musica I, 16v,4; text: T, S]

Vbi aperte uidetur extremas duas uti modo Phrygio mediam Lydio: non tantum per disiunctionem ut eo modo quem notauimus sed per coniunctionem quoque ubi c sol fa ut sine # notatur

Physauli etiam portatiles habent septem Systemata (Registri) ex quadraginta quinque uocibus singula

Rhaptaulus fortasse est (un Trombone) una Zampogna etiam ex eo genere quae in physaulis usurpatur

Tibicines [[La]] Romani in suis Synaulijs non utuntur plausu Rhythico

[<f.17r>-] Physauletae [[ut]] cum canitur ille uersiculus Impleuit ruinas conquassauit capita concedunt edunt plenum ac streperum ex multis Systematis praesertim admixto Systemate (zampognarum) atijs motibus qui expriment conquassationem

Struggimi Struggimi Rinaldi del Mel recte modulatur ab eo Rhythmo Iambico etiamsi in [[ul]] nulla partium audiantur notae duplum ualorem habentes facit enim usurpatio huius notae (notabilis propter punctum) fuis ratisque locis ut Mensura ternaria requiratur

[Doni, Aduersaria Musica I, 17r,1]

Haec figura ostendit quomodo ab unisono circulus fiat in unisonum et a diapason in diapason quae repraesentat dichordum canonem cum magade quae supra eodem centro flectitur Si quis diuidat Diapason in 12 partes aequales per 13 chordas proportionales auxilio magadis obliquae octo ex ijs Semitonijs iustam conficiet diapente non septem: quatuor reliquis diatessaron explentibus [[quo]] quare non octaua chorda cum prima sed nona diuidat Diapason harmonice quod minus sane est: [[cum]] et ostendit necessitatem proportionum [et affinitatem Diapason et Diapente add. supra lin.] Sicut enim octo semitonia aequalia [[se habent ad]] relata cum 4 faciunt proportionem duplam: ita chorda prima ad 9 seruabit proportionem [[sesq]] sestuplam

Canonum seu Magadam potius summa diuisio est in polymagadis et mixomagadis.

[[Polymagadis]] [Monomagadis corr. supra lin.] diuiditur in Isorhythmicum qui [quae ante corr.] chordas habet aequaliter dist<ribu>tas Geometricum seu analogice interuallatum. Harmonicum ut Helicon et Melodicum

Artifices dicunt organis et clauichordijs deesse Mi re, ut qui incipiunt ab F fa ut propinquo [to] Gamma ut: cum incipere deberent a C fa ut

Quidam clauichordia fecerunt duplici fundo quae sonum uegetiorem habebant

[Doni, Aduersaria Musica I, 17r,2; text: a, E, [sqb], 3, 4, [signa], ditonus diminutus, b, Semiditonus auctus, 5, consonantiae Enarmoniae refertae chordis metabol<icis>]

[-<f.17v>-] Syllabae quae desinunt in consonantes uix uidentur admittere posse melismata ne [[fiat]] nascatur ambiguitas ut si diceretur fo o o o o or tis

Vocales aspiratae uidentur utroque modo posse [melizesthai] ha, a a a, a lo et ha ha ha ha ha lo

[Doni, Aduersaria Musica I, 17v,1; text: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, A, E, F, a, 5/4, 4/3, 3/2, 1/2]

Inter nonam et decimam chordam reperitur Semitonium iustum 16/15. Inter 10. et 13. Ditonus iustus. Igitur quadrichordum ultimum continet in singulis interchordijs singulas trientes toni. Decachordum uero inferius in grauioribus interchordijs continet . . .

Ea differentia esse debet melodiarum confectarum [[ab hominibus expertibus]] a melopoeis expertibus eruditionis et quae confectae fuerunt ab eruditis musicis quae est inter ornamenta uestium et aedificiorum apud Indos et similes expertes Geometriae et figurarum [figuram ante corr.] regularum et apud Graecos et nostros

Consonantiae sunt sicut figurae regulares. Dissonantiae ut irregulares [Vt in marg.] syllabae dactylorum longius sunt protrahendae in cantu quam anapaestorum licet eodem genere Rhythmi constant: indicium est quod dactylici pedes singuli scandantur Anapaesti bini. Stasimum igitur chori uidetur fuisse Rhythmo [lentiori add. supra lin.] Hypodorium et Hypophrygium non habere antistrophum apud Aristotelem hoc modo uidetur intellegendum. Vtrumque modum supponendum nouem phthongis constare id est Hypodorium a D ad e Hypophrygium a C ad d

qui modi uidentur ex duobus semitonijs alterum tantum diuisum habuisse in duas dieses: quare cum media chorda duas illas dieses diuidens non habuerit [[<.>]] respondentem alteram per Diapente uel Diatessaron choro aptari non poterat ut exemplum ostendit

[Doni, Aduersaria Musica I, 17v,1; text: Hypodorius, Hypophrygius, T, d, S, D, E, [signum], F, G, a, [sqb], c, d, e, C]

quod uerisimile fit ex loco Plutarchi [[q]] ubi ait posteriore tempore Semitonium circa Meses diuisus fuisse in Lydijs et Phrygijs

[-<f.18r>-] Plutarchi liber in Epitome comparationis Aristophanis et Menandris [kathaper aulou pantreton anaspasas] uidetur intellegendum de parte aliqua tibiae tota perforata quae eximi posset. Interpres male uertit.

Existimo partem fuisse quae addita Tonum uocis uariaret ac fortasse totam eam partem quae perforata esset [signum].

[signum] [Doni, Aduersaria Musica I, 18r,1]

[kathaper gar hoi peri lyran kakonikoi] Plutarchi Symposiacum libro 2. Questione 9. Uidetur ostendere canonem adhibitum fuisse in lyra

Tragoedi etiam certabant in Pythijs certaminibus Symposiacum [[<.>]] libro 5. Quaestione 2 Dialogi Dramatici Platonis repraesentati sunt aetate Plutarchi

Aeschines cum uocalis esset adolescens operam praestit in actitandis tragoedijs Tritagonista Aristodemo Plutarchus in ipsius uita

Recte Tarquinius Gallutius existimat Tragicos choros etiam circulares fuisse

Tactica disciplina periti [[esse]] esse debent qui choros instruunt

Primus chorus praecipue incedere debet: cum ingrediatur orchestram

Quid sit stasimus chori alibi dicemus

Statutum [Statuitum ante corr.] melos [stasimon]

Item an strophe antistrophe et Epodus in choris Tragicis usurparentur

Fallitur Gallutius qui quartum chorum stasimum fuisse putat reliquos tres motorios: contra existimo primum tantum mobile: reliquos tres stabiles:

Dubitari potest an [[<.>]] chorus stasimus saltatione uteretur ita ut parum locum uariaret

In Epiparodo sine dubio chorus saltabat et incedebat ut in parodo

In Matriali Rinaldi del Mel Pescatori (a 3 nel Basso) haec pericopa

[signum] [Doni, Aduersaria Musica I, 18r,2; text: Nel foco del sospir]

est metabola ad Tonum metabolicum

Regula quae praecipit non esse exprimenda uerba sed sensus excipi possunt interiectiones

In Matriali Non è lasso un morir [(Bassus)] desinit in [[semim]] minima et arsi ut exprimat uerbum spento Esser di uita spento

Videtur Rhythmus anapaestus licet sit aequali dactylico celerius plaudi consueuisse; item Trochaicus celerius quam iambicus (Idem uidetur accidere in Rhythmo Galliardae qui [[f]] requirit plausum lentiolem quam currentium) itaque in choro parodico quoduis genus Rhythmi usurpatur fuisse in Stasimo uero non usurpatus trochaicus nec anapaestus. Parodus uidetur quadrata fuisse stasimus uero saepe rotundus

[<f.18v>-] [Doni, Aduersaria Musica I, 18v,1; text: Magadis uel Sambuca [Sambuga ante corr.], Helicon, Harmonia acuta, grauis, [[Tonus]]]

Helicomagadis uel Helicosambuca

Possunt hic chordae synemmenon Chromaticae et Enharmonicae subter alias poni in medijs spatijs modo interstitia sint satis lata ut recipere commode possint plectrum pinnatum et panniculo praetectum

[Doni, Aduersaria Musica I, 18v,2]

Potest etiam fieri magadis quae intus habeat sambucam: uel Sambuca quae intus habeat magadidem ut minorem locum occupet et superius organum ex inferiori ob duplicem fundum sonum geminet

Canalis sphaericus seu in parabolam influxus sub longitudine tabulae organorum suppositus ita ut linea reflexionis [[sit]] situi chordarum desuper extentarum respondeat [[uidetur]] uidetur sonum ualde augere [[del]] debere

Si quis etiam adderet sphaerae segmentum eiusdem [[<.>]] latitudinis ac situs ad infimum canalis caput obuersum [[sub]] magis fortasse tonum auget

[Doni, Aduersaria Musica I, 18v,2; text: Laeuum, fides, magas chordotona, spatium, tabulae supernae, canalis alueus, fulcrum, Segmentum Sphaericum, Vel sic, uel]

Huiusmodi canalis uidetur potissimum conuenire Harpae alueo

In palatio olim Ducum Urbini cum clauae est [[camerar]] testudinatum in cuius angulo siquis submisse loquatur in altero per diametrum opposito audiatur

[<19r>-] 3. Ecphoneticae [2 add. supra lin.] Diaeteticae, 3 Hygiastice

Phonasciae uidetur esse partes V. Diaeteticae quae praecepta tradit conseruandae et augendae uocis. Hygiastice quae docet modum exercendae uocis ualetudinis causa. Anaphoneticae quae uarijs progressionibus utitur ad augendam uocem et claram faciendam Agogice

Diastimaticae quae [[duo]] uaria interualla musica docet uoce exprimere

Ecphonetice [[seu Hermeneutice]] [odice corr. supra lin.] quae docet canere eleganter et ornate

Interiectiones dolentes [et Sustalticae add. supra lin.] pro melodicis sunt quae

habent e angustum. magnificae sunt in quibus est A. enthusiasticae in quibus est o latum

In speciebus carminum quae tradit Hephaestion uide Gulielmum Canterum in Euripidem impressum Antuerpiae 1572. Duodecimo

Albis crepidis utebantur chorici et Histriones Vita Sophoclis

Melodia chori stasimi uidetur fuisse stataria id est Rhythmo sedatori etiamsi eiusmodi chori aliquando incessisse puto: Parode uero motoria magis

Aristophanes in utitur hoc [ei ei ei ei] quod ostendit in

melismatis ueteres Grecos consueuisse uocales toties [[repetere quoties]] scribere quoties in cantu repetuntur ut hodierni quoque faciunt

Melismata haec bifariam diuidi possunt partim enim sunt seriae quae solam uocalem repetunt

Amo o o o o o re partim ridicula ut in saltationibus personatis Andreae Gabbriellij ubi littera N utitur ut in mascherata Pantalonsi Insie ne ne ne ne me

In choro personato seu mascherata Horatij uecchi Holotorum All' insalata o Donn' duplicem errorem committit in expressione uerborum quod in uerbo insalata syllabam ta integram perscribit cum tamen iungatur cum sequenti per synalepham: contra desinit o Donn' . cum integre perscribere debuerit o Donne. sequuntur enim pausae
Ibidem post Rhythmum aequalem V his phthongis consistentem

[Doni, Aduersaria Musica I,19r,1]

subiungit hanc notam mutans rhythmum

[Doni, Aduersaria Musica I, 19r,2]

etiam si statim sequuntur multae pausae

Ioannes Aloisius morti propinquus arcam afferri iussit plenam madrigalium profanorum et magna ex parte lasciuorum quos [[paenitens]] [dolens corr. supra lin.] se modulatum esse coram se comburi iussi

[-<f.19v>-] I Cori dell' Edipo Tiranno d' Andrea Gabrielli peccano in questo che si trattengono troppo in una medesima nota

In primo choro utitur hac pericope

[Doni, Aduersaria Musica I, 19v,1; text: Trema la mente in me stupida]

Geminianus Capilupus in Mascherata Veris habet hanc pericopem

[Doni, Aduersaria Musica I, 19v,2; text: mille piagh' ascose che giunti fior' a fior']

Andreas Gabriellius in choro primo habet hanc pericopem

[Doni, Aduersaria Musica I, 19v,3; text: Alle Menadi tue compagn' e duce. Vnico qua t' inuia]

Curant musici ut initio cantionum primus accentus acutus incidat in arsim uel in thesim ideo saepe initio apponunt suspirium [signum]

Poetae Graeci ubi in rebus patheticis eamdem dictionem iterant uidentur uoluisse altiori melo secunda uice cani ut hodierni faciunt imitationes

Sex sunt species angulorum quot consonantiarum (exclusa

diapason)

[Doni, Aduersaria Musica I, 19v,4; text: tertia, sexta, quinta, quarta, maior, minor]

Tonus Hypophrygius debet distare ab Hypodorio tono maiori ut G Hypophrygij sit unisona cum [Sqb] Hypodorij (etiam si G ab A in uno Systemate distet [[se]] tono minori) Hypolydious uero ab Hypophrygio tono minori ut F Hypolydij sit unisona cum G Hypophrygij (licet F a G in uno Systemate distet tono maiori) consequenter Tonus Phrygius distat a Dorio Tono maiori Lydius a Phrygio minori

Claudius Corrigiensis mortuus est nonagenarius. Plurima composuit Solebat optare facilitatem Iodici, eusymphoniam Hadrianus Inuentionem Ioannis Moutonis

In tintinnabulo maiori Divae Mariae Lauretanae de vrbe si quis sub eo posito [[cl]] clamet continuo resonare illud audit

Hodierni melopoei qui dictiones sus deque trahunt perinde eorum collocationem aestimant ac fabri caementari lapides utcumque uoluerint in extruptione parietum [-<f.20r>-] [[pi]] positos modo frontes tectorio sint coaequatae ut exempli gratia picturam aliquam recipere [recipi ante corr.] possint

Ineptus mos melopoeorum recentius non signandi b in E la mi ubi fa non mi est pronuntiandum facit ut aliquando cogantur ubi uolunt Mi proferri aduertere [aduerteri ante corr.] in eadem chorda # ita ut uideatur haec nota uerum sonum Semitonio chromatico attollere

[Doni, Aduersaria Musica I, 20r; text: Modus temperandi organum telesymphonum, A, [Sqb], C, D, E, F, G, a, c, 1, 6, 9, 4, 7, 10, 2, 5, 8, 3, 3/2, 2/1, [signa], 11, 12, 13, 14]

In hac temperatura tonus major [minor ante corr.] incidit inter D et E

[-<f.20v>-] [Doni, Aduersaria Musica I, 21v,1; text: D, E, A, [Sqb], d, e, 1, 2, 3, 4, 5, 9/8]

Hinc liquet Harmoniam Dorianam requirere tonum maiorem inter D et

F idest Sytonum Didymi

[Doni, Aduersaria Musica I, 21v,2; text: C, D, E, A, [Sqb], c, d, e, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 9/8]

Hac liquet Harmoniam Lydiam requirere Sytonum Ptolomaei

[Doni, Aduersaria Musica I, 21v,3; text: D, G, a, d, E, A [sqb], e, 9/8, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, g, Tolomeo, [signa], Didimo, F, f]

Hac liquet Tonum Hypolydium flagitare Sytonum ptolomaei

chordae C D F G [alteram add. supra lin.] classem constituunt. alteram uero E [Sqb] A: illae enim reperiuntur per temperaturas inuicem Diapason et Diapente: et hae pariter inter se

[Doni, Aduersaria Musica I, 22r,1; text: D, E, F, A, [Sqb], c, d, e, f, [signa], 9/8, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8]

Classis prior est acrotoniaeorum modorum quibus conuenire uidentur [praeter add. supra lin.] Diapente et Diatessaron [[posterior et]] Tritonus [[posterior]] et Hexachordum maius posterior acremitonieorum

[Doni, Aduersaria Musica I, 22r,2; text: C, D, E, F, G, A, b, [sqb], c, c #, d, e, f, [signa], 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17]

[-<f.22v>-] chordae cadentiales propriae Dorij sunt E et A impropriae [sqb] et D Nota [signulos add. supra lin.] proprias habere Diapente et Diatessaron subter et supra in una ex alijs chordis [[pr]] cadentialibus Improprias uero altrinsecus unam altrinsecus aliam

[Doni, Aduersaria Musica I, 22v,1; text: E, F, G, A, [sqb], C, D, e, [Bv], [Sv], [Mv], Diatessaron, Diapente]

Hodiernae claues ualde incommodae sunt praesertim cum ad uiolam aliquot partes canunt nonnumquam enim iusto inferius nunc altius mele descendunt uel ascendunt
Hoc melos

[Doni, Aduersaria Musica I, 21v,2]

multo iocundius est quam hoc

[Doni, Aduersaria Musica I, 21v,3]

In Stylo Madrigalium multa fiunt coacte consonantiarum gratia Voces nimium extenduntur
Diatessaron inter duas fides testudinis exacte temperatur
Appositio duorum b melos deprimit [[tonum]] toni spatio uel Semitonij
Ut Semitonij hic si in proximam clauem transferatur

[Doni, Aduersaria Musica I, 21v,4; text: T, S]

Sic duo # attollunt melos spatio toni si in proximam clauem transferatur
Diapente Mi Mi et Fa Fa difficilius proferuntur quia eadem syllaba repetitur
Plutarchi [[liber]] Symposium libro 2. capitulo 9 [ten diatessaron amydotaton] esse ait
Rex persarum Abbas quotidie musicam adhibebatur [[sed]] quae submissee caneretur ita ut non [[imperd]] impediret [[conf]] sermones quibus interea operam dabat
[-<f.23r>-] Quemadmodum in discendis linguis tempus quod teritur detrimentum affert ad artes et scientias ita tempus quod pueri terunt in legendis notis impedimentum affert ad reliquam musicam discendam
Cantio Ioannis Geri Mentre che la mia donna exemplum esse potest Modi Dorij
Facit enim cadentias in [[a la mi re]] A E D. Item Hispana

In concentibus polymelis uidentur Tonorum cadentiae considerari debere in uocibus extremis [[B]] duabus

Quoniam antiqui cantiones suas semper certo tono canebant propterea melius canere poterant
Si quis aerem admoueat cornui lyrae Barberinae dum duas chordas dissonas simul pulsat sentiet intus strepitus [aere add. supra lin.] discordes simul obluctantes si autem chordae consonae minime hoc audietur

Sicut inter has tres rationes $\frac{2}{1}$ $\frac{3}{2}$ $\frac{4}{3}$ nulla mediat ita ut [[Da]] Diatessaron tantum a perfectione Diapente recedere quantum Diapente a Diapason perfectione atque ita Diatessaron [[omnibus]] omnium consonantiarum imperfectissima esse. Diapente uero mediam

Recte etiam [[ait Salinas libro 2. capitulo 6.]] [dicitur corr. supra lin.] plus recedere Diatessaron a Diapente quam Semiditonum a Ditono sicut proportio $4/3$ plus distat a $3/2$ quam $6/5$ a $1/4$ Vide Salinam libro 2. capitulo 6.

Melos siccum uocari etiam potest in quo nullae dyalises fiunt sed simplex aer canitur
Frescobaldus extempore ternas quaternasque uoces super aliquo themate in clauichordio psallit
quartam enim uel quintam uocem modulatur

Duas consonantias perfectas cum utraque uox gradatim ascendit uel descendit puto antiquos
usurpasse saltem in concentibus Diatoni ditoniaei

Metabola magis consuetae sunt istae

[Doni, Aduersaria Musica I, 23r,2; text: 6]

minus consuetae sunt

[Doni, Aduersaria Musica I, 23r,3; text: 8]

[-<f.23v>-] [Doni, Aduersaria Musica I, 23v; text: f f f, e e e, d d d, hae chordae adiciuntur in
clauichordio, Multis locis uiolae incipiunt a G G G, Partes concentuum uocari possunt
Melodemata, A A A, [Sqb] [Sqb] [Sqb], E E, F F, G G, A A, [Sqb] [Sqb], C C, Hinc incipit
clauichordium, D D, C #, C, D #, D, E b, E, F #, F, G #, G, b A, A, b, c #, c, d #, d, e b, e, f #, f, g
#, g, b a, a, [sqb], # c c, c c, d #, d d, b e, e e, f f, g g, a a, c c c, [Gamma], Temperatura sambuca
tristichae, Quatuor diapason sic possunt signari, 1, 2, 3, 4, [signa]]